FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johannes David Franck.

Franck, Johannes David

Halle (Saale), 11.01.1712

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-210465

Visual Library

mi Numinis clementia et huic miseriae prospexit benignissime, mihique propensum excitavit animum, Viri summe Reverendi Domini Professoris Franckii, quem simulac precibus imploravi, ut ad sublevandam hanc penuriam mihi succurreret beneficio in orphanotropheo quo plures quos premit egestas aluntur, expertus sum benignissimum, ejusque indultu, primum die 23 Augusti ad mensam vespertinam accessi, postea autem in Numerum eorum, qui Juventuti praeficiendi relatus, ad mensam ordinariam die 11 Novembris anni praeteriti receptus sum. Deus omnium beneficiorum largissimus remunerator, cuncta sua compenset benignitate, me vero ita suo Spiritu regat, ut sedulò allaborem, quo digne hoc beneficio fruar.
Dabam Halae die 11, Januarij
Anno 1712.

Ad ortum aeq ac educationem Joannis Davidis Franckii quod attinet, natus est Neo-Marchicus in pago Birckholtz prope Friedebergam sito Aō: M DC XC d: 19 Maji.

Franckesche Stiftungen zu Halle

Parentes, a quibus vitam accepit, sunt Vir Reve-
rendus Joannes Franck animarum, quae Birck-
holtzii et Wildenoviae Deo colliguntur, Pastor nec
non Circuli Fridebergensis Senior, cui juncta in
matrimonio vixit (Ao: enim MDCXCV praema-
tura morte abrepta, diem proh dolor! obiit su-
premum,) mater perdilecta Sophia Regina
Francken. His probe cogitantibus de officio
quod Parentibus incumbit, unice curae cordique fuit,
ut, Sacro fonti immersus, a Deo in gratiam susciperer.
Accrescente autem aetate, Pater adhuc Viduus id
egit sedulo, ne mihi natura perverso (qua cuncti mor-
tales ad pessima quaeque vitiorum genera proclives)
male agendi relinqueretur occasio, et pietate nec
non literarum rudimentis me studiose instruxit. Of-
ficio autem, quo fungitur sancto, aliisque multis negotiis
impeditus, quo minus debitam informationi meae ope-
ram navare ~~[illegible]~~ posset, aliis me tradere curae cogi-
tate decrevit: Sed consilium hoc salutare, subita
facultatum, quae ipsi erant, jactura mutare cogebatur.
Interim mihi literarum studiis, quae dicunt huma-
niora, imbuendo usque ad annum MDCCVI ejus non abfu-
it, sed adfuit diligentia. Studiorum autem successum
feliciusque promotum iri, Parens summe colendus arbitra-
tus, me sedecim annorum factum Viri eruditissimi
Joannis Balthasaris Pappritzii Scholae Frideber-
gensis Rectoris fideli ac privatissimae concredidit
institutioni, qua etiam per annum et semestre, qui
excurrit, usus sum. Quo tempore finito, aliud in pago
nostro exortum incendium bona Parentis suavissimi

prorsus consumebat, ut vix ac ne vix quidem ei reliquum esset,
a quo, quae ad vitam sustentandam Studiaque rite tractanda
requirerentur, mihi, aliqua informatione utenti, suppe=
ditare posset, et cursus Studiorum meorum quasi sufflami=
natus videretur. Attamen spem fiduciamque in Dei cle=
mentia collocatam habebat, qua firmissime fretus, spe=
rans, fore, ut summum Numen hanc bonorum jacturam
compensaret, me Aō: MDCCVII Stargardiae Viro summe
Reverendo S.S. Theologiae Doctori Schmidio Professo=
ri Collegii, quod ibidem est, Gröningiani commisit,
qui praevio profectuum studiorum meorum examine
in numerum Collegii Civium me recepit. Huic Viro, quod
in studiis elegantioribus teneo, debere, lubens profiteor.
Hic etiam fiebat, ut Viro summe Reverendo S.S. Theolo=
giae Doctori et Collegii Professori Zierolden innotesce=
rem, cujus etiam et Virorum praeclarissimorum M.
Stagmanni et I.V.L. Langii informatione usus sum
fidelissima. Cum autem Stargardiae per tres annos
in studia incubuissem, lues pestifera in homines gras=
sari coepit, quare et hunc locum, et horum eruditio=
ne praestantissimorum Virorum doctam instructionem
relinquere, ac domum redire cogebar, ubi cum per
semestre commoratus essem, et amici suasissent, et Pa=
rens summe venerandus jussit, ut, Scholasticis subsel=
liis relictis hanc Musarum sedem Fridericianam
aō: MDCCXI mense Junio peterem. Cum autem omni=
um rerum, tum quibus Studia prosequerer, tum vitam
sustentarem, durissima premerer egestate: Tanta
Dei T.O.M. fuit clementia, ut et hanc benignissime
sublevaret, siquidem animum Viri summe Reverendi Do=
mini Professoris Franckii, simulac cum precibus accessi,
ut huic meae inopiae beneficio in Orphanotropheo suc=

Franckesche Stiftungen zu Halle

curreret, in me propensum ac benignissimum sensi.
Primum enim nimirum die 23 Augusti anni praeteri-
ti mensam Vespertinam mihi benevole concessit, postea
autem in numerum eorum, qui juventutis instruen-
dae rationem habent, ad mensam ordinariam die 11
Novembris ao: 1711 receptus sum. Summum igitur
Numen humillime ac supplex veneror, velit cuncta
in me collata beneficia benignitate sua abunde re-
munerare, mihi autem Spiritus sui Sancti gratiam
largiri, ne indigne hoc beneficio utar.

Dabam Halae die 11 Januarii
Anno MDCCXII. &c.

Adamus Christophorus Matthiae natus
est in Marchia urbe Branden-
burgo, patre Zacharia Matthiae
Sutore, matre Sophia Hövelin,
quam mihi praematura mors pri-
mis statim annis eripuit. Parens
v. qui adhuc in vivis est, operam
dedit, ut non tantum Religionis
fundamenta; sed etiam mitiorum
litterarum studia, quoad tenera ae-
tas ferret, comprehenderem. Me
n: [ut saepe dixit:] à teneris unguiculis
studiis mancipaverat. Quamobrem
me nonnullorum hujus loci, Magistrorum fidei
commisit. Postea v. cum ille ab hoc

Franckesche Stiftungen zu Halle